



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. I. Quid sit, & quæ ejus materia & forma?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

ferre in librum; tum ob legem *Trid.* in re gravi & sub pena gravi; tum ob incommoda, & damna inde sequentia. *Quintan. t. 1. f. 11. 2.* Si ejus culpa Patris plures adhibeantur, *Quint. l. c.* Ac licet *Perez. & Ser.* apud *Dia. p. 9. t. 7. R. 5.* dicant esse probabile, quod tantum peccet venialiter; alii tamen mortalis eum damnant.

CAPUT II.

De Confirmatione,

DUBIUM I.

Quid sit, & quæ ejus materia & forma?

Resp. I. Confirmatio est unctio chris-matis sub præscripta forma verborum, in fronte baptizati, ab Episcopo, quâ is ex Christi institutione, gratiæ augmentum & robur accipit.

Resp. II. Materia ejus remota essentialis, est chrisma, confectum ex balsamo & oleo olivarum, benedictum ab Episcopo. Ita commun. Doct. *Unde resolves.*

I. Non sufficit solum Balsamum, ut voluit *Canus*, nec solum oleum, ut voluit *Cajet. Sotus Nav.*

II. Etiam benedictio Episcopalis est de essentia, ut habet communis contra *Cajet.* ideoq; nulla delegatione, sive Episcopi, sive Papæ, simplex Sacerdos potest conficere chrisma, *Con. d. 72. a. 3. dub. 1. cap. 4.*

III. Perinde est ad substantiam sacramenti, sive chrisma sit novum, sive verus: licet graviter peccet,

et, qui utitur alio, quàm novo, id est, illo antea
consecrato. In quem finem, quotannis in die Co-
næ consecratur, veteri combusto.

Resp. III. Materia proxima, est unctio in fronte
per manum Episcopi, (unde etiam hoc Sacramen-
tum, manus impositio dicitur à S. Luca *Act. 16.*)
in formam crucis facta. Quæ omnia sunt de ne-
cessitate Sacramenti, ut habet communis. *Paul.*
resolves.

I. Et si ex necessitate præcepti, unctio fieri de-
beat pollice manus dextræ; valida tamen esset, si
fieret digito etiam sinistrae manus: qui verè fieret
per impositionem manus Episcopalis. Ita *Præp.* &
alii contra *Suar.* Peccabit tamen Episcopus gra-
viter contra universalis Ecclesiæ morem. *v. Laym.*
hic cap. 2. & Escob. t. 8. E. 3. ubi docet, probabile
esse, non peccare mortaliter.

II. Probabile est, requiri ad valorem Sacramen-
ti, ut unctio fiat ab Episcopo immediate, nullo in-
strumento mediante. Ita *Fill.* & *Laym.* contra
quosdam: quia debet fieri per impositionem ma-
nus. *Esc. t. 7. E. 3.*

Resp. IV. Forma vera & necessaria, in Ecclesia
Latina, est: *Signo* (ut habet *Trid.*) vel, *Consigno*, ut
habet *S. Thom.* *te signo crucis, & confirmo te chris-*
mate salutis, in nomine Patris, &c. In qua utrum
de essentia sit, ut utraq; actio, signandi & unguendi,
expressè significetur, disputant Scholastici. *Laym.*

& Fill. t. 3. d. 10. Con. l. c. 4. 4.

Dian. R. 27.